5. *Aut non legistis in lege.* Sententia est, in lege præcipi ut sabbatis sacerdotes animalia occidant, pelles detrahant, ligna componant, etc., quae ad sacrificium sunt necessaria faciant, quibus tamen sabbati religio et sanctitas non violabatur. — *Sabbatum violant.* Violasse sacerdotes sabbatum dicit, non quod vere violarent, sed quod ea facerent, que nisi divinus cultus excusat, facere non licuisset, cum essent opera servilia ex genere suo.

6. *Templo major est hic.* Vox *hic* non est pronomen, sed adverbium : in græco enim est, ὡδός. Sensus ergo argumentum est : quemadmodum sacerdotes sine crimen sunt, cum in sabbatis sabbatum violent, eo quod eorum opera servilia templi sanctitas excusat, cui per hujusmodi opera servient; ita etiam discipuli culpa vacant, quod presente et permittente eo, qui templo major est, quippe illius Dominus, et in eis obsequium spicas fricuerunt, et grana in cibum ex aristis excusserunt.

7. *Si autem sciretis.* Si sciretis Deum tanti misericordiam facere, ut illam sacrificii præponat, non argueretis discipulos quod spicas vulnerint, sed potius misericordia esurientes prosequeremini.

8. *Dominus enim est Filius hominis.* Probat se in festi observatione dispensare posse, quod dominus sit etiam sabbati. Dominus autem potest de re sua quidquid libuerit facere. Marc., 2, 27, habemus etiam dixisse Dominum : *Sabbatum propter hominem factum est, et non homo propter sabbatum.* Itaque dominus est filius hominis etiam sabbati. Cujus loci sententia est, dominum salutem sabbati observationi preferendam esse. Ita enim Christus argumentat : quod alterius rei causa comparatum est, id cedere debet ei cuius causa comparatum est; at sabbatum comparatum est hominis causa : debet ergo homini cedere, nimirum ubi de hominis salute agitur. Juxta hanc expositionem *to filius hominis*, de quolibet homine, et non peculiariter de Christo intelligitur. Illud autem, *dominus est*, explicari debet juxta phrasim Hébreorum, apud quos ille dicitur *bahat*, alicuius rei, hoc est, *dominus*, qui aliqua re utendi jus habet, sicut homo, in aliquo casu, jus habet vertendi diem sabbati in usum suum.

9. *Venit.* Non tamen eadem die, cum Lucæ, c. 6, n. 6, dicatur : *Factum est autem et in altero sabbato, etc.* — *Eorum.* Qui prius discipulos accusaverant, quod spicas vellarent.

10. *Interrogabant eum.* Lucas, c. 6, n. 9, et Marcus, c. 3, n. 4, aiunt Christum scribas et phariseos interrogasse. Utrunque verum; quesierunt scribæ an licet curare. Querit Christus an licet benefacere; quasi dicat : Si benefacere licet in sabbatis, curare licet.

11. *Quis erit ex vobis homo?* Si licet, quod vos facitis, extrahere ovem in foveam lapsam die sabbati, multo magis licet ex morbo ægrotantem sublevare, aut membris captum curare.

12. *Quanto magis melior est homo ovel!* Itaque licet sabbatis benefacere.

13. *Tunc ait homini : Extende manum tuam.* Et extendit, et restituta est sanitati sicut altera.

14. *Exeuntes autem Pharisei, consilium faciebant adversus eum, quomodo perderent eum.*

15. *Jesus autem sciens recessit inde, et secuti sunt eum multi, et curavit eos omnes :*

16. *Et præcepit eis ne manifestum eum facerent.*

17. *Ut adimpleretur quod dictum est per Isaïa prophetam, dicentes :*

18. *a Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, et iudicium gentibus nuntiabit.* [a Isaï. 42. 1.]

19. *Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem ejus :*

20. *Arundinem quassatam non confringet, et linum fumigans non extinguet, donec ejiciat ad victoriam iudicium :*

21. *Et in nomine ejus gentes sperabunt.*

22. *Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus et mutus; et curavit eum ita ut loqueretur, et videret.*

23. *Et stupebant omnes turbæ, et dicebant : Numquid hic est filius David?*

24. *a Pharisæi autem audientes, dixerunt : Hic non ejicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.* [a Supr. 9. 34. Marc. 3. 22. Luc. 11. 15.]

sans doute par opposition à l'Évangile. Munster raconte que dans une ville d'Allemagne, les Juifs ne voulaient pas retirer, au jour du sabbat, un de leurs frères qui était tombé dans les latrines; l'autorité du lieu, révoltée de cette barbarie fanatique, ne leur permit pas de retirer le cadavre de ce lieu le lendemain, disant qu'ils ne devaient pas travailler le dimanche conformément aux règlements de la police (*Drach*).

17. *Ut adimpleretur.* Ce texte d'Isaïe se rapporte à Jésus comme homme. D'après le Prophète, le Rédempteur ne devait pas être un tribun démagogue, qui bouleverse le monde, sous prétexte de le réformer. Il devait agir avec douceur et bonté, la mauvaise volonté de ses ennemis ne devait point l'irriter, il devait faire son œuvre sûrement, mais avec douceur, *fortiter et suaviter*, et c'est à cette prédiction que l'Évangéliste nous renvoie, pour nous faire comprendre la conduite de Jésus envers les pharisiens.

22. *Tunc oblatus.* Jésus était venu, à la suite des événements précédents, dans la maison de saint Pierre où il logeait à Capernaüm. Il y fut entouré d'une multitude de gens parmi lesquels se trouvaient plusieurs pharisiens. C'est alors qu'on lui présenta un homme que le démon avait rendu aveugle et muet; deux effets du péché.

12. *Itaque licet sabbatis benefacere.* Non dicit licet curare, ne ansam accusationis arripiant; sed generatim pronuntiat licere sabbatis benefacere.

15. *Sciens.* Eorum scilicet cogitationes et machinationes. — *Recessit.* Ad mare, ut explicat, Marc., 3, 7; secedit vero, et subtrahit, non resistendi impotencia, sed quia nondum venierat hora ejus, ut in similibus causis Joannes dicit, c. 7, n. 30, et c. 8, n. 20, et alibi.

16. *Præcepit eis.* Vide dicta supra, cap. 9, n. 30.

17. *Ut adimpleretur.* Hoc Isaïe testimonium impletum est, cum Christus miracula sua divulgari velut, ne pharisaorum simulatio magis exacerbaretur, vel cum, propter eamdem causam, secessit ad mare. Maldonatus putat reddi causam cur omnes curaverit, quia quemadmodum propheta prædixerat, admodum benignus erat et mansuetus.

18. *Ecce puer meus.* Hoc testimonium desumptum est ex Isaïa, 42, 1, illudque eo loco explicavimus.

22. *Cæcus et mutus.* Existimat Maldonatus dæmonem ita auditum et visum ejus ligasse, ut nec audire posset, nec videre, organis tamen corporeis non lesis. At Tolet. in Luc., c. 11, annotat. 31, putat etiam organa fuisse læsa, quod videtur probilius.

23. *Filius David.* Messias toties promissus, qui futurus est ex semine David.

24. *In Beelzebub.* Vide dicta supra, cap. 9, n. 34.

25. Mais Jésus connaissant leurs pensées, leur dit : Tout royaume divisé contre lui-même sera ruiné ; et toute ville ou maison qui est divisée contre elle-même ne pourra subsister.

26. Or, si c'est Satan qui chasse Satan par mon ministère, il est divisé contre lui-même; comment donc son royaume subsistera-t-il ?

27. Et si c'est par Béelzébub que je chasse les démons, par qui vos enfants les chassent-ils ? C'est pourquoi ils seront eux-mêmes vos juges.

28. Mais si c'est par l'esprit de Dieu que je chasse les démons, le royaume de Dieu est donc venu jusqu'à vous ?

29. Car comment quelqu'un peut-il entrer dans la maison d'un homme fort pour lui enlever ses meubles, si auparavant il ne le lie, pour pouvoir ensuite piller sa maison ?

30. Celui qui n'est point avec moi est contre moi ; et celui qui n'amasse point avec moi disperse.

31. C'est pourquoi je vous déclare que tout péché et tout blasphème sera remis aux hommes ; mais le blasphème contre le Saint-Esprit ne leur sera point remis. [a Marc. 3. 28. Luc. 12. 10.]

29. *In domum fortis.* Les Juifs se figuraient le démon comme une puissance redoutable, à laquelle le Rédempteur devait faire la guerre, et qu'il devait enchaîner. Cette puissance dominait le monde depuis la chute originelle, et l'œuvre du Messie devait être de nous délivrer de ses fers. Jésus entre donc parfaitement dans les idées des Juifs, et parle aux pharisiens la langue de leurs docteurs. Puisque, leur dit-il, il n'y a que l'esprit de Dieu capable d'enchaîner le démon, il est clair que c'est par cet esprit divin que je chasse cet ange de ténèbres, et que je lui enlève les biens qu'il possède. Or, dans cette guerre que je fais au démon pour établir le règne de Dieu, on ne peut être neutre et indifférent.

25. *Omne regnum.* Regna et civitates, et domus, quae seditionibus et domesticis dissidiis in contrarias factiones et partes scinduntur, facile pereunt, ut docet experientia. Non est ergo probabile Satanam id agere velle per quod suum regnum destruerat, cum potius illud omni artificio stabilire studeat. — *Contra se.* In partes contrarias inter se, quod sequenti versiculi dicit, adversus se.

27. *Filiū vestri.* Aliqui intelligi putant Iudeorum exorcistas, de quibus D. Lucas in Actis apostol., c. 19, n. 13, mentionem facit. — *In quo ejiciunt?* Argumentum est hujusmodi : Cur potius me quam filios vestros dicitis in Beelzebub ejicere daemona, cum utique ejiciamus ? cur de me male, cum idem faciamus, de illis bene iudicatis ? Vel sensus est : si discipuli mei in nomine meo daemona ejiciunt, major ego daemibus sum, nec opus habeo illa ejicere in Beelzebub, ut vos calumniamini. Discipulos in nomine Christi daemona ejecisse habemus, Luc., 10, 17. — *Ideo ipsi judices vestri erunt.* Id quod agunt ipsi, vos condemnabit qui in me calumniamini, quod in illis approbatos.

28. *In spiritu Dei.* Virtute divina. — *Pervenit in vos regnum Dei.* Vel seipsum et adventum suum Christus appellat regnum Dei, quia initium fuit regni Dei, et adiutum nobis ad illud patet : vel sensus est : si in spiritu Dei, ut superiori argumento probatum est, ejicio daemona, ergo verum est quod et ego, et apostoli mihi, et Joannes prædicavimus, appropinquasse et venisse regnum Dei. Nam Spiritus sanctus, qui miracula per nos operatur, nostram predicationem veram esse testatur.

29. *Quomodo potest quisquam ?* Sententia est : quomodo possum ego diabolum de possessione sua deturbare, id est, ex hominum corporibus ejicere, nisi fortior illo sim ? — *Vasa.* Instrumenta, bellica nimiri, vel domesticam supellecitem.

30. *Qui non est mecum, contra me est.* Vel sensus est : Satanas, cuius virtute dicitis me ejicere daemona, non solum mecum non est, sed etiam contra me, et non solum non congregat mecum homines in horreum Dei, sed eosdem etiam dispergere studet, et a Deo abducere. Itaque ex operum diversitate constat inter me et daemona nullam esse concordiam. Vel sententia est, quasi dicit : Vos, pharisaei, quasi iudices indifferentes et aequi videri vultis, qui nec pro me sitis, nec contra me, sed pro veritate. At ne eretis, nec alias decipiatis ; nam etiamsi, quod vos simulatis, nec pro me, nec contra me vos esse verum esset, adhuc tamen ob hoc ipsum essetis in culpa. Vos enim qui Scripturarum scientiam profitemini, primi pro me esse debuistis, nec minus peccatis quam is peccet, qui cum suo regi adesse debeat, cui est obstrictus, illum tamen deserit eo tempore quo illi potissimum servire debuisset. Ita explicat Maldonat. Porro notandum est non repugnare huic Christi sententiae, quod, Luc., c. 9, n. 50, illa occasione dixit Dominus : *Qui enim non est adversus vos, pro vobis est.* Loquitur enim ex discipulorum suorum opinione, qui non putabant pro se esse, nisi qui Dominum non doctrinam solum, sed etiam pedibus sectaretur ; dicebant enim : *Vidimus quemdam in nomine tuo ejicentem daemona, et prohibivimus eum, quia non sequitur nobiscum.* Quibus Christus : *Nolite, inquit, prohibere ; qui enim non est adversus vos, id est, qui eamdem quae vos docet ac facit, etiamsi, quia vos non sequitur, pro vobis esse non videatur, pro vobis est, quia doctrinam et facta vestra confirmat.*

31. *Ideo dico vobis.* Causaliter dictio non refertur ad ea quae proxime precesserunt, sed ad versum 24 : *Hic non ejicit daemones nisi in Beelzebub principe daemorum ;* quod clare

25. Jesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis : *a Omne regnum di visum contra se, desolabitur : et omnis civitas vel domus divisa contra se, non stabit.* [a Luc. 11. 17.]

26. Et si Satanas Satanam ejicit, adversus se divisus est : quomodo ergo stabit regnum ejus ?

27. Et si ego in Beelzebub ejicio daemones, filii vestri in quo ejiciunt ? Ideo ipsi judices vestri erunt.

28. Si autem ego in spiritu Dei ejicio daemones, igitur pervenit in vos regnum Dei.

29. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, et vasa ejus diripere, nisi prius alligaverit fortem ? et tunc domum illius diripet.

30. Qui non est mecum contra me est : et qui non congregat mecum, spargit.

31. a Ideo dico vobis : Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus ; Spiritus autem blasphemia non remittetur. [a Marc. 3. 28. Luc. 12. 10.]

32. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei : qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro.

33. Aut facite arborem bonam, et fructum ejus bonum : aut facite arbo rem malam, et fructum ejus malum : siquidem ex fructu arbor agnoscerit.

34. Progenies viperarum, quomodo potest bona loqui, cum sitis mali ? a ex abundantia enim cordis os loquitur. [a Luc. 6. 45.]

35. Bonus homo de bono thesauro profert bona : et malus homo de malo thesauro profert mala.

36. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.

37. Ex verbis tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis.

32. *Qui autem dixerit contra Spiritum.* « La question du péché contre le Saint-Esprit, dit Bossuet, est de celles qu'on peut juger impénétrables. Il n'est pas impossible qu'il y ait un certain degré de malice, de liberté et d'opposition, à la grâce du Saint-Esprit comme de Dieu seul, et qu'il ait résolu de ne pardonner jamais. Quel est-il ? Nous n'en saurons jamais rien, puisque nous supposons que Dieu seul le connaît (Lettre XIV à la sœur Cormeau de Saint-Bénigne.) » C'est une des questions dont les Pères se sont beaucoup occupés. Le comte de Stolberg, résumant leurs sentiments, croit que ce crime est celui des hommes de mauvaise foi qui résistent à la vérité connue, et qui la combattent par intérêt ou par esprit de système. C'était le crime des pharisiens qui n'interrogeaient pas Jésus pour s'éclairer, mais qui ne cherchaient qu'à induire les autres en erreur, et à s'égarter eux-mêmes, en obscurcissant la vérité.

34. *Progenies viperarum.* Jésus emploie les expressions les plus énergiques, pour peindre l'abaissement du sens moral de cette secte odieuse. Josphé nous en donne d'ailleurs la même idée que l'Evangile. « Si les Romains, dit-il, eussent épargné ces pervers, Jérusalem aurait été assurément engloutie quelque jour dans les entrailles de la terre, noyée dans un déluge, ou frappée des foudres de Sodome, car elle portait une génération plus coupable que ceux qui subissent ces châtiments (De bel. Jud., XIII., 6).

patet ex divo Marco apud quem sic legimus, c. 3, n. 28 : *Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata, et blasphemata, quibus blasphemaverint : qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, non habebit remissionem in eternum, sed reus erit aeterni delicti.* Quoniam dicebant : *Spiritus immundum habet.* — *Spiritus autem blasphemia.* Ille dicitur peccare in Spiritum sanctum, et blasphemus in illum esse, qui manifesta Spiritus sancti opera daemoni tribuit. — *Non remittetur.* Quia in aliis plerisque peccatis aut ignorantia, aut infirmitate, si non omnino, aliqua saltem ex parte a culpa excusat ; at in peccato in Spiritum sanctum nihil ejusmodi est quod culpam elevere possit. Itaque hoc peccatum non remittitur, id est, vix et aegre dimittitur, quia ita peccare insignis est malitia, et quia hujusmodi peccatores viri unquam paenitet, ut par est.

32. *Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis.* Qualis illa est blasphemia cap. superiore, n. 19 : *Ecco homo vorax, et potator vini, publicanorum et peccatorum amicus.*

Fortasse *Filius hominis* hoc loco, ut supra, n. 8, diximus, accipi potest generatim, ut quemlibet hominem, etiam Christum, comprehendat, ut sensus sit : si grave crimen est innocentem hominem calumniari, et morte piandum ; quanto gravius erit manifesta Spiritus sancti opera per indignissimum calumniam daemoni adscribere ! hoc ergo peccatum difficile remittetur, illud autem non admodum aegre.

33. *Aut facite arborem bonam.* Arborem bonam aut malam ipsos pharisæos intelligit, quos reprehendit, quod, cum arbor bona videri vellet, malos tamen fructus facerent ; aut quod, cum arbor mala esset, videri vellet bonos fructus facere, jubetque aut aperte bonos esse, aut aperte malos ; ita Maldonat. Vel sensus est : aut me simul cum operibus laudate, aut me tanquam arborem malam una cum operibus damnate. At cum reprehendere me non possitis, nec opera mea, par est ut me recipiatis.

34. *Progenies viperarum.* Vide dicta supra, c. 3, n. 7. — *Quomodo potestis bona loqui ?* Non negat absolute et omnino posse ; multi enim mali cum sint, bona loquuntur ; sed dicit quod naturale, quod usitatum, quod diuturnum est ; fere enim boni bona, mali mala loquuntur ; et si quando secus fit, id et præter naturam, et præter consuetudinem accidit, et diuturnum esse non potest. — *Ex abundantia enim cordis.* Id os loquitur quod abundat in corde.

35. *De bono thesauro.* De bono thesauro cordis ore promit bona.

36. *Omne verbum otiosum.* Est argumentum a minori ad majus ; quasi dicat : Si de minimo verbo otioso, quanto magis de blasphemio, quale vestrum est, quo dicitis me in Beelzebub ejicere daemona, ratio in die iudicii reddenda erit. Verbum autem otiosum definit hoc loco D. Hieronymus, quod sine utilitate et loquentis dicitur et audiuntis.

37. *Ex verbis enim tuis justificaberis.* Non ita intelligentium quasi sola verba aut condemnatura, aut justificatura unumquemque sint ; multis enim aliis aut justificabimur, aut condemnabimur argumentis : sed ita ut ad justificandos et condemnandos multos, qui bene aut male locuti sunt, sola ipsa verba sufficient.

38. Alors quelques-uns des scribes et des pharisiens lui dirent : Maître, nous voudrions bien que vous nous fassiez voir quelque prodige.

39. Mais, pour toute réponse, il leur dit : Cette nation corrompue et adulterne demande un nouveau prodige, et on ne lui en donnera point d'autre que celui du prophète Jonas.

40. Car comme Jonas fut trois jours et trois nuits dans le ventre d'un poisson, ainsi le Fils de l'homme sera trois jours et trois nuits dans le sein de la terre.

41. Des Ninivites s'élèveront au jour du jugement contre cette nation, et la condamneront, parce qu'ils ont fait pénitence à la prédication de Jonas, et voici ici plus que Jonas.

42. La reine du Midi s'élèvera au jour du jugement contre cette nation, et la condamnera ; parce qu'elle est venue des extrémités de la terre pour entendre la sagesse de Salomon : et voici ici plus que Salomon.

43. Lorsque l'esprit impur est sorti d'un homme, il va par des lieux arides cherchant du repos ; et il n'en trouve point.

39. *Et signum non dabitur ei.* Il ne s'agissait que du moment présent, ou des personnes qui demandaient un prodige avec de mauvaises intentions, car Jésus a continué à faire des miracles.

40. *Tribus diebus et tribus noctibus.* Pour trouver les trois nuits, il faut compter les jours à la façon des Romains, de minuit à minuit. Ainsi, le corps de Jésus-Christ fut dans le tombeau une partie du jour et de la nuit du vendredi, tout le samedi, et une partie de la nuit du jour du dimanche, n'étant ressuscité qu'au point du jour, dès le matin.

43. *Cum autem immundus spiritus.* Dans l'Evangile, aux miracles succèdent les prophéties. Par cette parabole, Jésus prédit aux Juifs leur réprobation et les terribles conséquences qui en seront la suite.

38. *Responderunt. Dixerunt.* Vide dicta supra, c. 11, n. 25. — *Volumus a te signum videre.* Petabant miraculum aliquod novum et inusitatum. Volebant, ait sanctus Hieronymus, *vel in morem Eliae ignem de sublimi venire, vel in similitudinem Samuels tempore astivo contra naturam loci mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbreu rueret, etc.*

39. *Generatio.* Genus hominum. — *Adultera.* Degener, et a Deo deficere solita per peccatum. — *Signum non dabitur ei.* Ipsi potenteribus, et quale ipsi volunt; nam aliqui multa signa edidit Christus. — *Nisi signum Jonas prophetæ.* Sensus est : signum petunt quo agnoscant me, et quo mundo manifester : non autem dabo aliud signum tale, nisi mortem et resurrectionem meam; tunc ipsi vel nolentes me agnoscant, tunc populi in me credent, et ad me convertentur. Sic Joan., 8, 28 dicitur : *Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.*

40. *Sicut enim fuit Jonas.* Id est, sicut Jonas fuit Ninivitis signum, ita et Christus Judæis : ille enim facto illo mirando, quod tribus diebus latuit in ventre ceti, et postea vivus ejectus est, tantam fidem prædicationis sua conciliavit, ut Ninivitas ad penitentiam converterit, seque a Deo missum eis persuaserit : sic Christus morte sua et resurrectione post triduum se Filium et Christum verum esse ostendet, agnoscetque generatio hec eum esse Messiam. — *In corde terra.* Id est, medio, seu intra. Multi doctores limbū intelligunt, alii sepulchrum.

41. *Viri Ninivitæ.* Quoniam Jona meminerat Dominus, qui Ninivitis penitentiam prædicaverat, confert Judeos cum Ninivitis gentilibus, ut Judeorū incredulitatem et obstinationem hoc exemplo et comparatione coarquat; illi enim Jonas prædicante crediderunt, et penitentiam egerunt; secus Judei, licet Christus prædicatorerit, et plurima clarissima miracula ediderit. — *Cum generatione ista.* Id est, contra hoc hominum genus.

42. *Regina austri.* Regina Saba, de qua vide qua diximus, III. Reg., 10, 1 et sequentibus. — *Venit a finibus terræ.* Ex Arabia, ut diximus loco citato lib. Regum. — *Plus quam Salomon hic.* Quasi dicat : Regina, femina, barbara, potentissima, a finibus terre venit ut audiret sapientiam Salomonis, hominis mortalis, ceterorum similis, sapientiam utique humana, non divinam, quam miraculis non confirmabat. At Judei et Pharisei, viri non solum docti, sed doctores legis, venientes ad se Dominum, Filium Dei, et divinas sapientias thesauros ore fundentes, inauditaque miracula coram eis facientes, contemnunt. Hæc vis est comparationis et antithesis.

43. *Cum autem immundus spiritus.* Ideo videtur Christus dixisse ut ostenderet pejores esse Judeos, quam si nanquam Dei legem et cognitionem acceperint. Cum enim per legem diabolus quodammodo ab eis ejectus esset, comtempta Dei gratia, digni facti sunt ut septem in eos pro uno immundo spiritu spiritus ingredenter. — *Immundus spiritus.* Ita appellatur diabolus ob peccata labem, qua inquinatus est, et quia homines ad peccatorum sordes suscipiens sollicitat. — *Ambulat per loca arida.* Per deserta et solitudines. Cogebant enim

38. Tunc responderunt ei quidam de scribis et pharisiens, dicentes : Ma-gister, volumus a te signum videre.

39. Qui respondens ait illis : a Generatio mala et adultera signum querit : et signum non dabitur ei, nisi signum b Jonas prophetæ. [a Infr. 6. 4. Luc. 11. 29. I. Cor. 1. 22. || b Jonas. 2. 1.]

40. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus; sic erit Filius hominis in corde terra tribus diebus et tribus noctibus.

41. a *Viri Ninivite* surgent in judicio cum generatione ista, et condemnabunt eam : quia penitentiam egerunt in prædicatione Jonæ. Et ecce plus quam Jonas hic. [a Jone. 3. 5.]

42. *Regina austri* surget in judicio cum generatione ista, et condemnabit eam : a quia venit a finibus terræ audiens sapientiam Salomonis : et ecce plus quam Salomon hic. [a III. Reg. 10. 1. II. Par. 9. 1.]

43. a *Cum autem immundus spiritus* exierit ab homine, ambulat per loca arida, querens requiem, et non invenit. [a Luc. 11. 24.]

CHAPITRE XIII.

44. Tunc dicit : revertar in domum meam, unde exivi. Et veniens invenit eam vacantem, scopis mundatam, et ornatam.

45. Tunc vadit, et assumit septem alios spiritus secum nequiores se, et intrantes habitant ibi : et flunt a novissima hominis illius pejora prioribus. Sic erit et generationi huic pessimæ. [a II. Pet. 2. 20.]

46. a Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater ejus et fratres stabant foris, querentes loqui ei. [a Marc. 3. 31. Luc. 8. 19.]

47. Dixit autem ei quidam : Ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes te.

48. At ipse respondens dicenti sibi, ait : Quæ est mater mea, et qui sunt fratres mei?

49. Et extendens manum in discipulos suos, dixit : Ecce mater mea et fratres mei.

50. Quicumque enim fecerit voluntem de Patris mei, qui in celis est, ipse meus frater, et soror, et mater est.

CHAPITRE XIII.

Parabole de la semence. Explication de cette parabole.

Paraboles de l'ivraie, du grain de sénevé, du levain.

Explication de la parabole de l'ivraie. Paraboles du trésor, de la pêche, du filet. Jésus méprisé dans sa patrie.

1. *In illo die exiens Jesus de domo, sedebat secus mare.*

2. a *Et congregata sunt ad eum turbæ multæ, ita ut in naviculam ascensio-nes sederet : et omnis turba stabat in littore :* [a Marc. 4. 1.]

3. a *Et locutus est eis multa in para-*

47. *Ecco mater tua et fratres tui.* Dans l'Écriture en général, dans l'Ancien comme dans le Nouveau Testament, le mot de frère se prend dans un sens très-étendu et désigne les parents que nous appelons cousins. C'étaient les neveux de saint Joseph et de la sainte Vierge, Jacques le Mineur, Jude, Simon, Joseph. Jésus avait pour eux beaucoup d'affection, et il avait un respect profond pour sa sainte mère, mais il ne les reçut pas immédiatement, pour nous faire comprendre que les intérêts du ciel et de la religion doivent passer avant tout.

CAP. XIII. — 1. *Exiens Jesus de domo.* Jésus sortit de la maison de saint Pierre à Capernaüm, où il avait fait le miracle et le discours précédent.

3. *Multa in parabolæ.* La parabole est une sorte de comparaison que l'on tire des choses réelles ou vraisemblables, pour éléver l'esprit à un ordre d'idées supérieur. Cette manière d'enseigner était très-usitée parmi les Orientaux.

dæmones ab hominum corporibus pulsi a Christo, ne hominibus nocerent, loca deserta et arida petere. Sic angelus Raphael, Tobie 8, dæmonem in deserto superioris Ægypti relin- gassæ dicitur. — *Querens requiem, et non inventus.* Quis nimur nemini nocere potest, in quo dæmon suam quasi requiem et voluptatem constituit.

44. *Vacantem, scopis mundatam.* Habitatore Deo carentem, flagitiis mancipatum, et ad excipiendum priorem hospitem paratum hominem peccatorum.

45. *Assumit septem alios.* Nihil aliud significat quam eos qui boni fuerunt, si quando contempta divina gratia mali fiant, pessimos fieri solere, quasi pro uno spiritu immundo septem in illos ingrediantur. Porro septem, Hebreorum consuetudine, pro multis posuit, certum numerum pro incerto. — *Novissima.* Postrem.

46. *Fratres. Cognati, propinquai.* — *Stabant foris.* Frequentia auditorum Christi exclusi, ut patet ex Luc. 8, 20.

48. *Quæ est mater mea?* Non matris cognitionem negat, sed spiritualem præfert.

50. *Soror et mater.* Id propter feminas dictum est.

CAP. XIII. — 2. *Ita ut in naviculam ascensio-nes sederet.* In naviculam ascendit, ne a multitudine oppimeretur, et ut omnes auditores ante conspectum suum et in se intentos habeant. * Domus enim tantam frequentiam non capiebat, ut appareat ex capite superiore, n. 46.

3. *In parabolæ.* Similitudines usurpans; et sermonem qui aliud sonat, aliud significat. — *Qui seminat.* Periphrasis agricola, ὁ σπείρων, seminans; id est, seminator qui seminare solet.